

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Heinrich Rudolph Redecker

**Rector Universitatis Rostochiensis Heinricus Rudolphus Redeker/ I.U.D. P.P. ...  
Ad Exequias, quas Viro ... Dn. Tobiae Romberg/ Secretario Aerarii Oppidani  
Fidelissimo, eius Vidua moestissima Hodie ... paratas cupid, Omnes omnium  
ordinum Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1667

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777422859>

Druck    Freier  Zugang



**R**edecker, H. R.,

in

**Tob. Romberg.**

**Rost. 1667.**

12.







28.

RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**HEINRICUS RU-**  
**DOLPHUS Redeker/**

J.U.D. P.P. Sereniss. Duci Mechl. Consil.  
& Consistorii Ducalis Assessor.

Ad Exequias,

quas

Viro Spectatissimo, Literatisimo & Integerrimo

**DN. TOBIÆ**



**Romberg,**

**Secretario Ærarii Oppidani**

Fidelissimo,

eius

Vidua mœstissima

Hodiè hora I. in Æde Jacobæ paratas cupit,  
Omnes omnium ordinum Cives Aca-  
demicos officiose invitat.



ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILLI, Acad. Typogr. 1667.

ЯГОДЫ

GRADUATION LOGO DESIGN

ГЕНРИХ ГУСЯТНИК

U.S. Geological Survey Digital Map Collection  
U.S. Geological Survey Digital Map Collection  
U.S. Geological Survey Digital Map Collection

35-132631A

1

AIABOT.KG

piramox

īasbiqqō H̄im ḥor̄ḡibb

omnibus

11

amit from cub V

**Q**uid est omnis quod est in mundo nisi  
est spiritus mundi?

quemque oculis diligenter inservit.

1100-1111





Salutem!



Nter maximas vitæ humanae ærumnas, quibus humānum genus cottidie affligitur, miseror, & luctu plenior nulla est, quam si matrimonium, conjugum mutuo amore, & indissolubili benevolentia vinculo sociatum, in viridi & robusta adhuc dissolvitur æta-

te. Quis equidem, nisi communi sensu destituatur, & ab ipsâ humanitate sit alienissimus, explicare potest, quæ viro viduo eveniant incommoda, quando uxore suavissimâ, quæ finis ejus familiæ & felicitatis humanae præsidium fuit, intempèstivè privatur? Sed quis eloqui potest, quæ viduæ obveniant mala, quando à dilectissimo iduatur marito, ceu principe suæ familiæ? Per se certè valdè imbecillares est fœmina, sed maximum huic infirmitati pondus accedit, quod vidua fiat; tum enim omnia ei in solitudinem converuntur, quæ antea præsidia domus fuerunt. Hinc ondique mœror & undique luctus. Miserrime eâ de-

re.

re queritur Deidamia Achillis vidua : Non unquam, inquit, peior luctus fæmine accidis, quam si viro orbetur & funesta nece domus videtur. Statim enim vicini agros resecant, omnisque abradunt, nec jus & fas legum reverentur : Idcirco non miserius quicquam est ac infirmius, quam vidua in tribus mulier, quæ nullum sibi in terris solarium superelse, defuncto marito, saepius intelligit. Miserime proinde, nec sine causâ, Viri mortem acerbissime dolet magni Pompeij reicta conjunx Cornelia, ceu ejus funestissimum planctum vivis coloribus depinxit Poeta :

*Jam nunc Te, inquit, per inane chaos, per Tartara conjux*

*Si sunt ulla, sequar, planetu contusa peribo;*

Subjungit Poeta :

*Sic luxit sevunque ardore complexa dolorem*

*Perfruitur lacrymis, & amat pro conjuge luctum.*

Uti enim luctus ille viduarum omnium est gravissimus, maximeque penetrans; ita non corpus tantum, sed animum ipsum stupendo afficit moerore : à cunctis enim mundi deliciis, si quæ tales dicendæ, segregatur, quæ virum amittit. Quoties enim vidua domum intuetur suam, eam rectore destitutam deprehendit : Quoties ad liberos se convertit suos, illos, ceu Patrem orbatus, sine gemitu aspicere nequit : Quoties adea, quæ ante præsidia vitæ fuerunt, reflectit, ea omnia in solitudinem conversa misera animadvertisit. Cum autem tamgrave vulnus domui Rombergianæ sit illatum, nemo non facile dijudicabit, quanto moerore & luctu, tum vidua moestissima, tumorphani tristitia oppressi, sint consternati, quando illorum Marcus Conjunctissimus, & Pater Suavissimus, Vir Integrissimus

gerimus & Spectatissimus DN. TOBIAS Romberg)  
Casse Rostochiensis Secretarius Fidelissimus, cum virilem  
ætatem ageret, & sanâ aliquin uteretur valetudine,  
ex hac vitâ mortali evocatus est. Quò enim major  
viri hujus fuit integritas, & vita innocentia, quippe  
qui nulli molestus, singulis autem pro virili promptus  
esse solebat, laudatur, eo majorem etiam luctum e-  
jus inopinatus obitus tum uxori, tum liberis, tum ami-  
cis, quos multos reliquit, incusit suis. Prodiit au-  
tem in hanc lucem pie defunctus Dn. TOBIAS Romberg/  
Anno Orbis redempti 1615 21 May, hora 12. meridianâ, & qui-  
dem in libera & Imperiali civitate Mülbusio Thuringorum.  
Patrem suum laudavit Virum Landatissimum Dn. Die-  
terich Romberg / Civem & Negotiatorem ejus loci Prae-  
stantissimum: Matrem vero habuit Fœminam virtutibus  
famineis Ornatisimam GERTRUDEM Hüpplissen/ Ma-  
tronam Honestissimam. Avus ejus paternus fuit Dn JO-  
HANNES ROMBERGIUS, Civis Imperialis civitatis Dor-  
mundae præcipius. Avia verò ejus memoratur Fœmina  
Pudicissima ANNA Friedhoffs / Viri Sectatissimi Dn.  
JOHANNIS Friedhoffs/ Civis Dorimundani Celeberrimi-  
mi, filia Charissima. Avum maternum habuit Dn. SE-  
BASTIANUM Hüpplissen/ Senatorem & Negotiatorem  
Mülbusianum Clarissimum. Aviam maternam laudat Fœ-  
minam Lectissimam BARBARAM Schmiedes / Civis &  
Negotiatoris Mülbusani, Dn. CASPARI Schmiedes /  
filiam suavissimam. Hi verò sunt illi, quibus ortum suum  
pie defunctus debet, quin etiam cum & ipse congenitum  
omnibus mortalibus vitium secum in lucem proferret, omni  
curâ, id ipsum Saecula baptismi lavacro purgari & expiariri  
parentes contenderunt, nec non à primis annis fingendo &  
agrum formando queri animo, omnem impenderunt ope-  
nam.

ram; adeoque non modo privatim, sed & in publico Gymna-  
sio patrio, primò sub Viro Clarissimo M. GEORGIO AN-  
DREA FABRICIO, in humanioris literatura studiis cum  
informari curarunt, quibus majori parte ipsius ductu per-  
cepit, parentum placito ad celebré Gymnasium, quod Dantisci  
est, missus, ibidemque sub Clarissimo Dn. D. JOHANNE  
BOT SACCO Gymnasiarchā, per biennium substitit. Ex-  
inde verò consilio suorum in Poloniā profectus est, ut ejus  
gentis linguam imbiberebat, cā ratione, ne, si qua eo loci ipse  
subsistendi lauta se offerret conditio, linguae ibidem usitate  
ignarus esset. Quia verò Mulhusium patria ejus, Anno  
1632. per bellū Cesareū Imperatorem Pappenheimium colle-  
ctis bellicis defatigata & nimia eris exactione oppressa fue-  
rat, ut nec solvendo esset, Pater ejus cum quibusdam aliis suis  
concivibus obses datus & Pragam abductus est; postquam  
autem per semestre tempus squalorem duri carceris susti-  
nuit, miserè periit: quo facto nosser pie defunctus ad  
matri placitum, & solatum, cum per triennium in Prussia  
& Polonia degisset, domum se recepit, neque tamen diu-  
nius ibi substitit, sed mox Hamburgum profectus, ubi ratio-  
num artificiose dispungendarum notitiam, neutiquam ta-  
men negligens studiis beneceptis, ex fundamento baufit, &  
per sesquiannum mensā Viri Celeberrimi Dn. JUSTI VON  
Overbeck Mercatoris Industrii usus est, qui longiori tem-  
pore etiam lubens cum secum detinuisse, nisi ipsi animus  
studia sua ulterius prosequendi aliud suasseisset. Delibera-  
to itaque animo exinde buc Anno 1636 venit, & primo in  
Philosophia, postea etiam in Jurisprudentia, ductu Viri No-  
bilissimi & Consultissimi Dn. JOHANNIS Kleinschmied  
P.P. cuius mensā & hospitio diu usus fuit, animum suum  
sedulò exercuit, nec non Präside Viro Ampliss. & Consult.  
LEVINO BATTO, D. diversa collegia habuit. Anno  
verò

verò 1638. Hamburgum iterum se contulerat , animo eo  
sibi proposito, ut Lugdunensem inviceret Academiam Bat-  
avorum; sed peste ibidem gravante, consilio præludati sui  
Hospitii , iterum huc reversus est , & Dni JOHANNIS  
Guhlen / XVI. viri & Zythopæi Præstantissimi, hospitio &  
mensa, exceptus, ad annum usque 1644 hic substitit: quo ipso  
cum res omnes eō disposuisse, ut huic loco tandem valediceret,  
singulari Dei providentiâ , cum Honestissimâ fœminâ  
MARGARETHA Raffmeisters / piè defuncti Dn. TI-  
TI Eggebrechts Civis & Negotiatoris Industrii, relicta  
viduâ, matrimonium contraxit, & ex ea unam filiam vir-  
ginem Pudicissimam ANNAM MARGARETHAM ,  
ad huc superstitem, charissimique patris obitum valde lu-  
gentem, suscepit. Anno verò 1647. 19. Februarii era-  
rii oppidanî, quod Cassam vocant, Secretarius factus, se-  
dulò suo officio ad mortem usque vacavit. Anno 1648 au-  
tem charissimâ suâ conjuge orbatus, biennium in vidui-  
tate transegit; quo elapso, ad secunda vota, cum Virgine  
Lectionissimâ WENDULA, Viri Amplissimi & Prudentissimi  
Dn. JOACHIMI Kleinschmiedes / Reipubl. bujus oppi-  
dani Consulis Gravissimi, filia charissimâ, bodiè viduâ  
mæstissimâ, transit, & ex illâ quinque filias WENDU-  
LAM , EUPHROSYNAM , CATHARINAM , DO-  
ROTHEAM & THEODORAM , amplexus est , & quibus  
CATHARINA & THEODORA fatis cesserunt,  
reliquæ luctu repleta adhuc supersunt, quibus Dei solamen  
& presidium toto appreciamur corde. In vita & moribus  
piè defunctus fuit integrâ honestate gratus, officiosus au-  
tem erga omnes. Quare Deus ad beatiorem eum evoca-  
vit vitam, ut non sine magno Suorum luctu. Ardentii e-  
tenim morbo quodam infestatus, ejus vim nulla ope aut con-

filio.

filio medicorum compescere potuit. Ubi autem Morbum  
prevaleo cognovit, totus se ad mortem beatam compo-  
nit: pravità itaque peccatorum confessione, Sacram Synas  
sim à plurimum Rever. & Clarissimo Dn. ENOCHO  
SWANTENIO, S.S. Theol. D. & ad D. Jacobi Archidia-  
cono Fidelissimo, devoto pectori excepit, posteaq; piis in suspi-  
riis ac precibus 7. Septembr. die, presentis anni, in Deo placide  
occubuit, Anno atatis 52. mensum 4. Deus ipsi placidam  
requiem, & ad vitam eternam gloriosam largiatur re-  
surrectionem, viduaque ac orphanorum cœtui omnigenauis  
benedictionem.

MARTERAGRAM M

Cum verò piè defuncti hujus Tobiæ  
corpus hodiè terræ iterum, cui or-  
tum suum debet, sit concredendum,  
nostri quoque officii erit, Viro huic  
tam benè de Republ. & omnibus bo-  
nis merito, ultimum honorem non  
denegare, sed honorificâ & amplissi-  
mâ præsentia deductionem ejus fu-  
neris cohonestare, quod ut decenter  
fiat, omnes omnium ordinum Ci-  
- ves Academicos amicè & offi-  
ciose rogo.

P.P. Rostoch. sub Sig. Acad. d. 12. Septemb.  
Anno 1667.











verò 1638. Hamburgum iter  
sibi proposito, ut Lugdunensem  
voram; sed peste ibidem gravi-  
tissimam, iterum buc rever-  
sus Gahlen / XVI. viri & Zytho-  
mensa, exceptus, ad annum usq;  
cum res omnes eō disposuisse, ut  
singulari Dei providentia,  
MARGARETHA Raffmeis-  
ti Eggebrechts Civis & Ne-  
vidua, matrimonium contraxit  
ginem Pudicissimam ANNAM  
ad huc superstitem, charissimi  
gentem, suscepit. Anno vero  
1640 oppidanis, quod Cassam voca-  
dulō suo officio ad mortem usq;  
tem charissimā suā conjugē or-  
tate transegit; quo elapsō, ad se  
Lectissimā WENDULAM, Viri  
Dn. JOACHIMI Kleinschmid-  
iani Consulis Gravissimi, filii  
maxissimā transit, & ex illā  
LAM, EUPHROSYNAM,  
ROTHEAM & THEODOR-  
bus CATHARINA & THE-  
reliquae lucu repleta adhuc sup-  
& presidium toto appreciamur  
piè defunctus fuit integrā bone-  
tem erga omnes. Quare Deu-  
nit vitam, ut non sine magno s-  
tenim morbo quodam infestatus.




Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 092

the scale towards document

erat, animo co-  
ademiā Bata-  
o prælāudati sui  
in JOHANNIS  
fimi, hospitio &  
substitut: quo ipso  
dem valediceret,  
fimā fœminā  
functi Dn. TI-  
dustrii, relicta  
am filiam vir-  
ARETHAM,  
tium valedi-  
Februarii era-  
rūs factus, se-  
Anno 1648 au-  
gium in vidui-  
cum Virgine  
Prudentissimi  
bl. bujus oppi-  
, hodie vidua  
as WENDU-  
NAM, DO-  
xus est, è qui-  
ritis cesserunt,  
Dei solamen-  
tā & moribus  
officiosus au-  
m cum evoca-  
Ardenzi e-  
a ope aut con-  
silio: